



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 6. Collatio soluta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

§. VI.
Collatio soluta.

Sæculum V,
A. C. 484.

n. 17.

Prima Februarii, præstituta ad Colloquium die appropinquante, Episcopi non ex tota Africa modo, sed ex Insulis, quæ Vandals parebant, advenerunt. Omnium pectora dolor obruebat. Aliquot diebus in silentio exactis, Hunericus eruditissimos selegit, quos calumniis oppressos necaret. Quemdam in paucis doctum, cui nomen Letus, diu carcere detentum, cremari jussit, ratus edito rigoris exemplo cœterorum constamtiam frangi posse. Tandem ad colloquium conventum in loco ab Arianis præparato. Catholici e suo gremio viros decem elegerunt, qui nomine omnium responderent, & sic Arianis causam tollerent dicendi, se Catholicorum multitudine non argumentis fuisse superatos. Cyrilus cum suis in editiore loco magnifice extructo solio sedebat, econtra Catholici stabant. Dixerunt: *In publico Colloquio æqualitatem Partium observari oportet; Mandatarii etiam adsint, qui veritatem examinent.* *Quis hic Arbitr erit?* Aliquis Regis Notarius respondit: *Cyrilus Patriarcha dixit . . .* loquentem turbarunt Catholici, quærentes, qua Auctoritate Cyrilus hunc sibi Titulum assumeret. Tum vero Ariani tumultum ciere, Catholicos calumniis im-

Hist. Eccles. Tom. VII. B pete-

Sæculum V. petere, & quia petierant, ut, si nullus es-
A. C. 484. set Arbitr, saltē aliqui de populo pol-
lentes prudentia Spectatores interessent,
jusserunt, ut omnes Catholici præsentes
fustibus centies verberarentur. Eugen-
nius Episcopus exclamavit: *Videat Deus,*
quanta nobis vis inferatur, & quam du-
ram patiamur persecutionem! Episcopi
Catholici dixerunt ad Cyrilum: *Pro-*
pone, quæ babes. Respondit: *Linguam*
latinam ignoro. Volebat nempe obten-
dere, quod Vandali aliorum Barbarorum
modo lingua Teutonica loquerentur. E-
piscopi Catholici responderunt: *Certe*
scimus, te semper sermone latino fuisse lo-
cutedum; itaque hanc te excusationem af-
ferre non decet, te omnium minime, qui
has flamas excitasti. Cum ergo Cyri-
lus videret, Catholicos longe melius ac-
credidisset ad certamen paratos adesse,
tricas nexuit, ut qualicunque ratione
Colloquium abrumperet. Id prævide-
rant Catholici, ideoque Fidei Professio-
nem scripserant, quam publice prælege-
runt.

Amplissima est hæc Fidei Professio,
Victor. lib. 3. & primo unitatem substantiæ divinæ cum
Trinitate Personarum explicat. Tum
vocem græcam: ὁμοστοις adhibendi ne-
cessitatem probant. Ex Scriptura de-
monstrant, Filium ejusdem esse cum Pa-
tre substantiæ, Ambos esse æquales, duas

in

in JESU Christo esse Naturas, quomodo Sæculum V.
 Generatio ejus sit inexplicabilis, quomo- A. C. 484.
 do Pater ingenitus, & Filius genitus e-
 jusdem substantiæ sint, quomodo sub- Formula Ca-
 stantia divina sit indivisibilis. Spiritum tholica.
 Sanctum Patri, & Filio esse Consustan-
 tialem, & unum Dei nomen tres Personas
 complecti. Episcopi speciatim de Di-
 vinitate Spiritus Sancti differunt, & con-
 cludunt in hunc modum: *Hæc est Fides*
nostra Auctoritate Evangelistarum, &
Apostolorum innixa, & fundata in om-
nium Ecclesiarum Catholicarum totius
Mundi societate, () in qua per Dei Om-*
nipotentis Gratiam usque ad vitæ istius
exitum nos perseveraturos speramus. Hic

B 2 Libel-

(*) Ex hac Confessione videmus, Orthodoxos
 Africæ Episcopos in Fidei suæ Testimonium non
 solam Sacram Scripturam adducere, sed etiam
 Ecclesiæ Auctoritatem, seu omnium totius Mun-
 di Catholicarum Ecclesiarum Societatem, nim-
 rum veræ Christi Ecclesiæ Notam iufallibilem,
 & soli Romano-Catholicæ omni tempore pro-
 priam. Et profecto vix ullo alio Argumento
 omnes, & singulæ, Ecclesiæ a Romano Catholicæ
 separatae convinci possunt, ipsas non esse
 posse Orthodoxas, quam quod inter se nullo vi-
 sibili signo, in nullo Capite, nullo inter Pastores
 & Episcopos Litterarum commercio, nulla Sub-
 ordinatione, aut Hierarchia, nullo Communio-
 nis Ecclesiasticæ sensibili vinculo conjungan-
 tur. Omnes quidem JESUM Christum ore inge-
 minant,

Sæculum V. Libellus missus fuit duodecimo Kalen-
A. C. 484. das Maji a Januario Zatarensi, & Villati-
co a Casis modicis, Numidiæ Episcopis,
a Bonifacio Foratianensi, & Bonifacio
Gratianensi Episcopis Provinciae Bizace-
næ. Hæc dies vigesimæ Aprilis anno
484. respondet.

Id. Lib. 4. Cum hæc Formula legeretur, exclamantes Ariani querebantur, quod eorum Adversarii Catholicos se dicerent, & protinus ad Regem deferunt, eosdem tumultum excitasse, ut Collationem effugerent. Tunc Rex Decretum, quod paratum habebat, in omnes Provincias secreto

minant, & sacram Scripturam jaſtant, sed hac Nota a nullo Hæreticorum, quotquot fuere, genere discernuntur.

*Epist. Je-
rem. An.
1677.* Aliquando DD. Protestantes Societatem cum Schismaticis & Hæreticis Græcis inire cupiebant. Itaque, Legatis ad Jeremiam Patriarcham Constantinopolitanum missis, Græcos ad Communionem Ecclesiæ Lutheranæ invitarunt. Respondit Patriarcha datis Epistolis tribus ad Confessionistas in Germania directis, & demonstravit in Ecclesia Doctrinam de septem Sacramentis, de Confessione secreta, de Transubstantiatione, de Missæ Sacrificio pro vivis, & mortuis offerendo, de Invocatione Matris Dei, & Sanctorum semper fuisse traditam. Ita spes concordiæ, & Communionis qualiscunque Confessionistarum, & Græcorum Schismaticorum evanuit.

creto misit, quo jubebat, dum Episcopi Sæculum V.
 Carthaginæ essent, omnes Ecclesiæ Afri- A. C. 484.
 cæ una die claudi, suisque Episcopis o-
 mnia bona Ecclesiarum, & Episcoporum
 Catholicorum dari. Sic Leges contra
 Hæreticos ab Imperatoribus editas con-
 tra Catholicos vertit. In hoc Decreto
 dicit Hunericus; *Postquam Episcopi Ho-*
mousiani Carthaginem ad Colloquium per-
venerunt, & aliquamdiu hic morati sunt,
rursus aliquot dierum dilationem impe-
trarunt. Quamprimum se ad certamen
paratos dixerunt, Episcopi nostri ab ipsis
petierunt, ut ex Scriptura () probarent*
vocem: ὄμοσιος, aut saltem illud damna-
rent, quod ultra mille Episcopi in Conci-
liis Ariminensi, & Seleuciensi congrega-
ti damnarunt. Ipsi hæc seditiose recusa-
re, & populum ad contumaciam excitare.
Inde factum, ut ne quidem Colloquio ini-
tium dari potuerit. Tum Rex iterum
tempus quo veniam mereri possent, us-
que ad primam Junii ejusdem anni Re-
gni ejus octavi, id est, quadringentesi-
mi octogesimi quarti concedit. De-
cretum istud vigesima quinta Febr. da-
tum.

B 3

§. VII.

(*) Similis, & æque inanis est clavis quo-
 rumdam Heterodoxorum vocem: *Transsub-*
stantiatio, non legi in Sacra Scriptura! cum sine
transubstantiatione JESU Christi verba explicari
 non possint, nisi detorqueantur.